



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Carthvsiani, in Speculum Christianæ
perfectionis, Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

D. IOANNIS IVSTI
LANSBERGII, CARTHVSIA-
ni, in Speculum Christianae
perfectionis,

PRÆFATIO.

Angusta illa Euangelicæ perfectionis via, non in sublimibus potissimum consistit artibus, non in faleratis intricatisque verbis, non in laxa carnis libertate, neque etiam in externis duntaxat quantumuis præclaris operibus: at qui in eo præcipue cõsistit, vt carnem nostram, vna cum vitijs, voluptatibus, prauisque concupiscentijs crucifigamus, vt nos ipsos sub Deo, Prælati, proximisque nostris humiliemus: nos ipsos contemnamus, nihili faciamus, voluntati propriæ funditus renunciemus: accipientesque crucem nostram, Christi Domini nostri vitam passionemque imitemur, vt inimicos nostros recto prosequamur amore: amorẽ vero inordinatũ erga parẽtes, fratres, sorores, uxores, filios, agros, & erga quãcunq; creaturã in nobis mortificemus, quo sic corde mundati, Deũ diligere possimus ex tota anima nostra, ex tota mente, ex totis viribus, & proximum tanquam nos ipsos. Hæc arcta via (quæ Christo attestante sola ducit ad vitam) hac nostra tempestate adeo prorsus obnubilata est, & caritas etiam Dei in hominum præcordijs adeo refrigit, vt paucos reperias qui hanc viam ex animo querant, pauciores qui inueniant, at vero omnium paucissimos qui ambulent. Quamobrem putas? quia priuato amore, propria voluntate, suãq; complacentia (ceu funiculo quodam triplici) ita obuinciuntur, vt non possint. Faciliter enim

Matth. 7.

Via perfectionis Euangelicæ in quo consistat.

Galat. 5.

Matth. 18.
1. Petri 2.Matth. 3.
Lucæ 14.Matth. 22.
Lucæ 10.

Matth. 7.

Viam angustam cur pauci ambulent.

nimium

Philip. 2.

nimum ad temporalia ista, accidentaliaque bona ambre mouentur
 aut odio, magis quæ sua sunt quærunt, quam quæ Iesu Christi, nul-
 las non omnibus in rebus electiones habent, nimum per sensus ex-
 teriores euagantur, statim iudicare volunt quicquid viderint vel
 audiêrint in alijs, ad suos verò defectus dijudicandos, quoniam Tres
 sunt cæciores. Quid? quod neque intentionem suam intimè discer-
 tiant, nec animo feruenti se ante oculos diuinæ maiestatis nudos
 constituent, neque diuinis inspirationibus per sui perfectam abnega-
 tionem respondeant; ea propter multifariam semper distrabuntur,
 animo fiunt instabiles, & sensibus vagi. Hac de causa in hoc libel-
 lo, ex sacris potissimum literis, sanctorumque Patrum libris (seu ex
 varijs quibusdam hortulis) summa totius rei paucis collecta est, ut
 sciatur, quo tandem pacto homo Christianus ad veram pacem, ad
 veram cordis mundiciem, ad reconciliationem vniõnemque cum
 Deo, in vera charitate (ad quod omnes creati sumus & vocati) fa-
 cilis peruenire possit. Quod si fortè hæc alicui grauiora videbur-
 tur, quam quæ impleri queant, huic primo omnium bona adfit vo-
 luntas ea perficiendi: deinde oret Deum ut sibi opituletur, atque ita de-
 mun faciat quod in se est, nec protinus desistat, aut animum despon-
 deat, si res pro voto statim non successerit. Procul dubio clemētissi-
 mus Dominus aderit bonæ voluntati, opem gratiæ suæ abunde ipsi
 largiens. Hic vnicus est scopus, ad quem totus noster conatus diri-
 gi debet. Si quis verò hisce nostris non contentus, plura eiusmodi re-
 quirat, is legat D. Dionysium Areopagitam, Augustinum, Bernar-
 dum, Bonauenturam, Dionysium Carthusianum, Ioannem Thau-
 rum, Ioannem Rusbrochium, Henricum Harphium, & alios
 plerosque eiusdem farinae autores, ijs præsertim in libris,
 quos de hac re elegantissimos re-
 liquerunt.

(:)